



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Capitvlo Balneariae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

## CAPITVLO BALNEARIAE.

Epiſt. 148.  
Ne ex mona-  
chis quicquam  
reſtinauerat, &  
de peccata simo-  
niorum.

**O**lim ad instantiam Vu. Presbyteri conquerentis quod Ecclesiam quam ei de consensu vester Prior vester sub annua pensione concesserat, & quam ipse animalibus multis ditarerat, abstulisset, & extendisset manum ad personam pariter & res ejus, astringens eum ferreis vinculis ad sedem apostolicam appellantem, cauſam ipsam venerabilis fratri nostro Meſlan. Archiepiscopo minimus commiſſiſe. Cūm autem ad citationem ipsius, ſicut ex litteris ejus accepimus, partes in ipsius eſſent præſentia conſtituta, dictus Presbyter ea quæ Prior in Eccleſiae receptione contulerat, Prior verò quæ ipſi Presbytero pro concordia dederat, ſibi reſtitui poſtulabat. Cūmque poſtmodum idem Presbyter & ſua ſibi reſtitui & de violentia irrogata iuſtitiam fieri poſtularet, Prior ipſum conveſum ac poffum ſuum eſſe aſſeruit, & ad id probandum quodam teſtes induxit, quorum depositiones Prior poſtmodum appellante idem Archiepiscopus ſub ſuis nobis litteris definiavit. Transcriptum etiam quoddam confeſſionis, quam idem Prior dicto Presbytero ſuper Eccleſia de Caſtronovo cum omnibus ejus pertinentiis concedebat, tali tenore quod eam in domibus, hortis, & vineis augmentaret, & ſexaginta porcos, pullum unum equinum, mulam unam, & quadrigentos ratienos offerret. Ceterum cūm dictus frater Vu. propter hoc ad noſtrā præſentiam accessiſſet, Prior verò non procuratorem idoneum ſed nuntium minùs ſufficientem ſolummodo deſtinat, nos venerabili fratri noſtro Montis Regalis Archiepiscopo & P. tunc Regie Capellæ Canonico Sabdiacono noſtro dedimus in mandatis ut dictum Priorē in expenſas legitimas condenmant, inter partes, ſi fieri poſſet, concordiam reformarent, alioqui auditis quæ proponerentur binc inde, & rationibus partium pleniū intellectis, ita ut nihil reſtare niſi ſententia videretur, geſta omnia redacta in scriptis ſub ſigillis ſuis ad noſtrā præſentiam deſtinarent, ſtatuentes partibus terminum competentem quo præſentarent ſe noſtro conſpectui ſententiam recepturæ. Licet autem, ſicut idem Archiepiscopus nobis per suas litteras intimavit, conjuſdex ipſius antē quām par-

tes vocarentur ad cauſam, viam fuerit universa carniſ ingressus, ipſe nihilominus de conſenu partium in cauſa proceſſit, & Priore in expenſas, quas idem Presbyter in via fecerat, condennatō, conqueſtionem ejusdem Presbyteri ſuper iſpoliatione, captione, ac detentione ſua, & Prioris excuſationem audivit, ac teſtes ſuper conveſione & ſuſceptione habitus ipſius Presbyteri ex parte Prioris inducتو mandavit recipi & audiſi, licet idem Presbyter, contra id quod prius promiſerat, receptioni eorum noſuerit intereffe. Fuerunt etiam pro eodem Presbytero quidam ad teſtimoniū advocați, qui non jurati depoſuerunt Presbyterum ipſum fuſſe carceri mancipatum. Verū cūm poſtmodum idem Presbyter & frater Io. Canonicus Balneariæ procurator ad hanc cauſam ſpecialiter conſtitutus, ad noſtrā præſentiam cum ejusdem Archiepiscopi litteris accessiſſent, nos eis dilectum filium noſtrum G. sanctæ Mariae Diaconum Cardinalem congeſſimus auditorem: qui cūm omnia quæ coram eo recitata fuerant, ad noſtrā præſentiam reſtulifſet, nos intelligentes ſufficienter fuſſe probatum per teſtes ipſum in domo Balneariæ feciſſe profeſſionem, ſuſcepitiſſe habitum & portaffe, ipſum eſſe poffum ejusdem Eccleſiae per ſententiam diſſiniſimus, & ab impetione ipſius ſuper hiſ quæ ſibi reſtitui poſtulabat ſententialiter abſolvimus Eccleſiam memoratam, adjacentes, ut quia pro Eccleſia de Caſtronovo, ſicut ex aſſertione ipſius & confeſſione Prioris patuit, reatum contra xerat ſimonia, ad eam de cetero nullatenus revertatur. Quia verò Prior vester non minùs immo magis in hoc deliquiſſe videtur, volumus & mandamus ut uſque ad festum omnium sanctorum noſtrorum ſe conſpectui repræſentet, ratio nem nobis ſuper contractu ſimoniaco redditurus. Nulli ergo &c. diſſinutionis & aſſolutionis &c. Datum Laterani XIV. Kal. Auguſti.

## BRACAREN. ARCHIEPISCOPO.

**C**ontroverſiam quatuor episcopatum, Colimbreſis videlicet, Viſensis, Egitaniensis, & Lamecensiſ, inter Compoſtellanam & Bracarentem Eccleſias diuītus agitatam, non fine multo labore nuper curavimus exacta diligentia terminare, ſicut ex authentico ſenten-

Epiſt. 149.  
Vi concordiam  
inter ecclēſiam  
Compoſtella-  
nam & Bra-  
carens, initam  
lervet.  
Vide ſupra  
epiſt. 133.

iii ij